



Per.  
Lat  
020

Prodit Budapestini, I. Verpeléti-út 22. decies in anno.  
Pretium praesolvendi annum 4 pengő 80 fillér.

Megjelenik Budapesten, I. Verpeléti-út 22. tízszer egy évben. Előfizetési ára évi 4 pengő 80 fillér.

## Gloria in altissimis Deo!

**Et in terra pax hominibus bonae voluntatis !**


Dei voluntate factum est, ut Messias in eodem ipso pago, quo rex David, auctor<sup>1</sup> generis<sup>1</sup> eius in lucem editus fuerat, nasceretur. Itemque Dei iussu evenit, ut imperator Augustus, potentissimus ille terrae dominus, insciens atque invitus, exactor<sup>2</sup> providentiae divinae<sup>2</sup> fieret:<sup>2</sup> «Factum est autem in diebus illis, — legimus in evangelio Sancti Luciae(2,1.)— exiit edictum a Caesare Augusto, ut describeretur universus orbis. Et ibant omnes, ut profiterentur singuli in suam civitatem».

Maria et Ioseph in pagum Bethlehem ierunt ibique natus est Salvator mundi in stabulo quodam perpaupere.


«Non erat eis locus in deversorio,» quia Filius Dei exemplum<sup>3</sup> humilitatis<sup>3</sup> sua maximum prodere<sup>4</sup> nobis voluit: quamquam frui potuissest opportunitate<sup>5</sup> omnium rerum, quae liberis Caesarum tribuenda erant,<sup>6</sup> illum Sublimissimum atque Altissimum stabuli misserrimi non poenituit, sed parvulo praesepio contentus fuit.

Ex illo praesepio in totum orbem lux diffusa est:<sup>7</sup> Christus natus perfugium ac solatum praebuit hominibus bonae voluntatis eosque felices<sup>8</sup> reddidit<sup>8</sup> et reddet quoque in aeternum!

<sup>1</sup> ösatya    <sup>2</sup> az isteni gondviselés végrehajtója lett   <sup>3</sup> alázatosság   <sup>4</sup> példát mutat   <sup>5</sup>kényelem   <sup>6</sup> megillet   <sup>7</sup> áradtszét   <sup>8</sup> boldogít.



Rud. Ghirlandajo: «Adoratio Pastorum».



## Pastores adorant Christum natum.

(Ex. evangelio S. Lucae II.  
8-16.)

Pastores erant in re-  
gione vigilantes et custo-  
dientes vigilias noctis su-  
per gregem suum. Et ecce  
angelus Domini stetit iuxta  
illos et claritas<sup>1</sup> Dei circum-  
fulsit<sup>1</sup> illos<sup>1</sup> et timuerunt  
timore magno. Et dixit illis  
angelus: Nolite timere: ecce  
enim evangelizo<sup>2</sup> vobis gaudium magnum,



# LECTORIBUS MINIMIS.

## Iudas in glacie.<sup>1</sup>

Anima Iudee post mortem in Tartara<sup>2</sup> descendit. In flammis eiulitabat<sup>3</sup> et cruciabatur; paenitebat eum proditionis.

Cum ita cruciaretur, angelus bonitatis miseratur eum et advolat.

— Ascende — inquit — ad horae spatium<sup>4</sup>  
in glaciem septentrionalem et refrigera te.<sup>5</sup>

Iudas admirans interrogat:  
— Quomodo ego proditor hanc gratiam

Quomodo ego, procul, hanc gratiam  
mereor? Nam ego, vilissimus hominum,  
Magistrum tradidi.

— Tu quoque semel bene fecisti — respondet angelus. — Dominus nullius beneficii obliyiscitur. Tu quondam aegrotum, qui saucio corpore nudus in solitudine iacebat, pallio obtexisti.

quod erit omni populo : quia natus est vobis  
hodie Salvator<sup>3</sup>, qui est Christus Dominus in  
civitate David. Et hoc vobis signum : Invenie-  
tis infantem pannis<sup>4</sup> involutum<sup>4</sup> et positum in  
praesepio.<sup>5</sup> Et subito facta est cum angelo  
multitudo militiae<sup>6</sup> caelestis<sup>6</sup> laudantium  
Deum et dicentium : *Gloria in altissimis Deo*  
*et in terra pax hominibus bona voluntatis.*  
Et factum est, ut discesserunt ab eis Angeli  
in caelum : pastores loquebantur ad invi-  
cem : *Transeamus usque<sup>7</sup> Bethlehem<sup>7</sup>* et  
videamus hoc verbum, quod factum est,  
quod Dominus ostendit nobis.<sup>8</sup> Et venerunt  
festinantes :<sup>9</sup> et invenerunt Mariam et Ioseph  
et infantem positum in praesepio. Videntes  
autem cognoverunt<sup>10</sup> de verbo, quod dictum  
erat illis de puero hoc. Et omnes,  
qui audierunt, mirati sunt: et de his, quae  
dicta erant a pastoribus ad ipsos.

<sup>1</sup> az Istennek dicsősége körülvette őket <sup>2</sup> hirdeték  
<sup>3</sup> Üdvözítő <sup>4</sup> pólýába takarva <sup>5</sup> jászol <sup>6</sup> égi sereg  
<sup>7</sup> Bethlehémig <sup>8</sup> megjelentett nekünk <sup>9</sup> sietve <sup>10</sup> meg-  
ismerték. (A görög szövegben: egnórisan: megjelen-  
tették.)

— Ideone me Deus remuneratur ? ! — clamat Judas.

— Ita, respondet angelus. — Nunc est nox, cum Christus natus est et tibi licet ad horae spatium ascendere in glaciem, ut te refrigeres. Per singulos annos hac nocte tibi ascendere licebit.

Iudas e flammis Tartarorum ardentibus  
erupnit,<sup>6</sup> singultans<sup>7</sup> procumbit<sup>8</sup> in glacie  
et exclamat:

— O quam bonus est Deus, ut vel<sup>9</sup> minimum beneficium remuneretur! Quam clemens esse potest in<sup>10</sup> eos, qui per omnem vitam bene faciunt! V. Febbr.

V. Fehér.

<sup>1</sup> jég <sup>2</sup> pokol <sup>3</sup> jajgat <sup>4</sup> egy órára <sup>5</sup> lehűt <sup>6</sup> ki-  
rohan <sup>7</sup> zokogva <sup>8</sup> leborul <sup>9</sup> még <sup>10</sup> iránt.

Inter os et offam multa accidere possunt

三

Nescia mens hominum fati, sortisque futurae,  
Et servare modum, rebus sublata secundis.

大

Speremus, quae volumus, sed quae acciderint, feramus.

## De diis.

(Ad fabulam Margaritae e comitibus Bethlen.)

Cum in orbe terrarum omnia iuventutem<sup>1</sup> spirabant,<sup>1</sup> et in terra ubertate<sup>2</sup> turgida<sup>2</sup> facilem et felicem vitam homines degebant, dei benigni et hilares caelum incolebant. Homines altaria floribus cumulabant,<sup>3</sup> dei autem ab aethere surridentes<sup>4</sup> laeti terras floribus odoratas despiciebant et dicebant :

«Felix et pulcher est mundus, quem procreavimus. Et talis quoque mundus manebit, quia etiam nos in aeternum vivemus.»

At SORS dea immittissima ac mobilissima tristis abnuit:<sup>5</sup>

«Dei ex hominum fide ac religione vivunt. Itaque morientur, cum ad lumina vitae surrexerit ille, qui eos ingenio superabit.»

Tempus longum praeterit et in terra, quae consenuerat, aegre vitam inopem homines laboribus cruciati tolerabant. Pestis et fames totum orbem terrarum vastabant. Homines deis aras imponebant, floribus eas cingentes, sed frustra. Tum unus ex eis pugnum<sup>6</sup> ad caelum minaciter tollens<sup>6</sup> exclamavit :



«Improbi estis dei et immisericordes ! Sanguine, non floribus avetis vos frui !»

Homines, qui aderant, dentibus compressis, muti stabant et ex hoc tempore sanguine aras deorum tingebant.<sup>7</sup>

Dei autem, qui usque ad hoc tempus vitam hilariter degebant, ecce mutati sunt. In labiis risus in cacchinos<sup>8</sup> rigidos distorquiebatur,<sup>8</sup> sanguine et morte delectabantur : crudeles et immisericordes facti sunt.

Saeculis volventibus homines minus minusque deos sanguine mandentes perpetiebantur. Aliquando autem vir quidam genibus<sup>9</sup> nixus<sup>9</sup> manusque supinas<sup>10</sup> ad caelum tendens<sup>10</sup> gemitus de imo pectore duxit :

Quando venies tu, qui bonus et mitis eris, qui nos deis ulciscendi cupidis et crudelibus liberes ?»

Dei in excelsis contremuerunt : natus est ille, qui eos potestate et dignitate devicturus fuerit.

1 ifjúságtól duzzadó 2 dúsán termő föld 3 elhalmoz  
4 lemosolyog 5 ellenkezik 6 öklét fenyegetődzve föl-  
emeli 7 áztat 8 gúnykacajjá torzul 9 térdre borul  
10 égnekk emelt.

## EXEMPLA CLARORUM VIRORUM

Quidam dixit Diogeni : «Senex es, iam quiesce a labore». Cui Diogenes : «Quid enim, — inquit — si in stadio currem, ad finem oporteret cursum remittere<sup>1</sup> et non magis intendere ?»<sup>2</sup>

(Diog. Laërt.)

\*

Quidam dixit Antistheni : «Multi te laudant». Cui ille respondit : «Quid male feci ?» Nam philosophus ille censebat turpe esse a turpibus laudari.

(Diog. Laërt.)

Comates in Sicilia pecora heri divitis pascebant; ex quibus nonnunquam aliquot pecora Musis offerebat. Hoc cum herus cognovisset, dure servum increpuit. Servus : «Ne mihi — inquit — succenseas; nam Musarum beneficio omnia cumulate<sup>3</sup> reddentur». At herus : «Age — inquit — experiamur, sintne te Musae nutriturae». Et servum in excavatam arborem inclusit, ut fame moreretur. Exacto anno cum ad eum locum redisset, Comateni vivum atque incolumem repperit et favos, unde vixerat. Apes enim in arborem per rimas penetraverant.


V. Fehér.

1 lassit 2 megeröltet 3 bőségesen.

## De Lycaone.

Nunc — discipuli carissimi — historiam Lycaonis in lupum transformati vobis narrabo. Pictura adiuncta hanc rem exprimit.<sup>1</sup> Sed attendite!

Lycaon rex Arcadiae fuit. Habuit quinquaginta filios, qui unā cum patre superbissimi elatissimique<sup>2</sup> omnes viatores et hospites sibi obvios interfecerunt. Infamia<sup>3</sup> viorum crudelium aures Jovis quoque contigit.<sup>4</sup> Fulgorator<sup>5</sup> igitur facie humana induitus de summo Olympo delapsus est et postquam terras lustravit,<sup>6</sup> in Arcadiam inque tecta Lycaonis tyranni inhospita<sup>7</sup> devicit. Lycaon, quamquam pater deorum



eszelt ki<sup>10</sup> meggyilkol<sup>11</sup> megfőzte<sup>12</sup> megsütötte<sup>13</sup> feltálalta<sup>14</sup> fölemészt.

## «Latrantes.»

(E Colomanni Mikszáth «Coniectaneis».)

Poeta quidam mihi amicissimus comoediam scribit Theatro Nationali, cui titulum: «Latrantes» dedit.

Fama comoediae apud histriones optima habetur et felicissimus eventus<sup>1</sup> ei praeditur. Histriones clarissimos in ea partes habituros<sup>2</sup> constat. Id tantum mirum et inusitatum videtur, quod in ludo latrabitur.

Die quodam nubibus obumbrato<sup>3</sup> auctor forte extrema comoediae componit, cum quidam senex humili statura cubile eius intrat et prope mensam consistit.

Poeta valde admirans:

— Quis es? — inquit — Quid vis?

Ille vero:

— Quaeso, ... rogo te humillime... ego... ego... ego nemo sum!

— Si ergo nemo es, dic, quid velit nemo?

— Obsecro te, serenissime, ego sum ille, qui in theatro latrare solebam. Canem me esse fateor.

iam prius signa divinitatis<sup>8</sup> dederat, ut divinitatem hospitis experiretur, consilium terrible agitavit:<sup>9</sup> puerum quendam insontem clam iugulavit<sup>10</sup> artusque eius partim aquis mollivit,<sup>11</sup> partim igni torruit<sup>12</sup> et mensis imposuit.<sup>13</sup> Quare Juppiter valde commotus domum inhospitali statim incendio absumpsit<sup>14</sup> ipsumque regem in lupum transformavit.

(em.)

— Canemne te affiras?

— Ita.

Timidus cum hoc dixisset, capillos canos manu sordida compsit.

— Quid ergo?

— Re vera peritus sum latrandi non secus ac canis. Quam artem scholaris<sup>4</sup> didici. Fefelli nonnunquam etiam canes ipsis ita, ut nullus ex iis mihi non irasperetur, cum in via seu platea obvius venisset.

— Perge!

— Audivi te, serenissime domine, comoediam scribere, in qua latrante opus esset.

— Hoc non negarim: ineunte actu secundo.

— Quapropter etiam veni, comperi enim te corde optimo esse. Scito ergo uxorem mihi aegram domi iacere et nihil habere, quod comedat. Veni te rogatum, ut in singulis actibus iuberes latrari.

— Aegre hoc, amice: non convenit<sup>5</sup> fabulae.

<sup>1</sup> siker <sup>2</sup> szerepe van <sup>3</sup> borongós <sup>4</sup> tanuló koromban <sup>5</sup> illik.

— Atqui mihi persuasum erat hoc fieri posse. Et sperabam — dixit contristatus<sup>6</sup> fore, ut mei te misereat et omnibus aerumnis<sup>7</sup> me liberes.

— Cui tibi usui erit, si ter latraveris?

— Tunc profecto ternos florenos<sup>8</sup> accipiam, nam pro singulis vesperis merces mihi solvitur.

Poeta paulum meditatur:

— Quid tunc, — inquit — si duo canes latraverint, unus dextra, alter sinistra?

— Optimum erit — ait ille gaudio exultans,<sup>9</sup> — nam filius meus aequre scite<sup>10</sup> ac ego latrat. Nimirum<sup>11</sup> comoediam optimam habebimus!

— Ergo promitto me talem comoediam scripturum. I nunc domum, Deo favente,<sup>12</sup> quam pulcherrime et diutissime latraturus!

Senex maximas grates rependens reliquit cubile, montem auri sibi oblaturum.

*Gabriel Darás.*

<sup>6</sup> elszomorodva <sup>7</sup> nyomorúság <sup>8</sup> forint <sup>9</sup> örömében ujjongva <sup>10</sup> époly ügyesen, mint én <sup>11</sup> két-ségtelenül <sup>12</sup> Isten kegyelmével.

## Claudii.

Ad fabulam *Ernesti Eckstein* latine scripsit  
*Valentinus Fehér.*

### II. Servus flagris<sup>1</sup> caesus.<sup>1</sup>

Homines, qui ex Batavia escenderant, Cumas versus ad clivum<sup>2</sup> iter direxerunt. Decem servi praegredientes per multitudinem hominum viam sibi faciebant.<sup>3</sup> Post illos Octavia ab octo Lusitanis lecticā splendida ferebatur; in altera lectica Claudia cum Baucide sedebat. Praeter lecticas Aurelius equo Hispano vehebatur. Postremo servi reliqui cum impedimentis<sup>4</sup> veniebant.

Satis brevi itinere confecto ad villam Octaviae pervenient. In vestibulo virgo obviam eis proruit.<sup>5</sup>

— Mea filia est adoptata<sup>6</sup> — ait Octavia Aurelio —: Lucilia vocatur.

Aurelius ex equo desilit et habenis<sup>7</sup> Mago traditis feminas in atrium sequitur, cum pulcherrimi conspicit adolescentem, qui tacitus Octaviam complexus, deinde Claudiam osculatus est.

— Quinte, mi fili carissime — inquit Octavia — huic nobili equiti, C. Aurelio Menapio Traiectino gratiam debes; iste enim ex barcula nos in suam triremim imposuit.

Quintus Aurelium amplexatur.

— Spero fore — inquit —, ut in longius tempus domi nostrae te cum honore videamus.

Post prandium feminae in cellas se recipiunt. Quintus Aurelium in hortum dicit. Inter se colloquentes iugum<sup>8</sup> nacti sunt,<sup>9</sup> ubi parvum templum marmoreum stabat. Pulcherrimum erat spectaculum, quod Aurelius arridebat.<sup>10</sup> Procul sinus caeruleus patebat cum ingenti ponte Neronis, longius Baiae cum multis milibus domuum, Puteoli cum malorum<sup>11</sup> ordinibus, tum Neapolis, Surrentum insulaeque undis circumfusae. In aëre immobili Vesuvius fumans<sup>12</sup> eminebat.<sup>13</sup>

Dum pulcherrimo circum spectaculo delectantur, subito clamor ortus est: aliquis gemere audiebatur. Aurelius per rimam<sup>14</sup> frondium<sup>15</sup> hominem conspexit.

— Aspice, Quinte, aspice!

— Nemus<sup>16</sup> est uxoris imperatoris — ait Quintus.

— Nihilne ad platanum vides? Rursus audio gemitum acerbissimum!

— Ei,<sup>17</sup> quid ad nos?<sup>18</sup> Servus aliquis denuo<sup>19</sup> flagris caesus est. Stephanus, officiorum<sup>20</sup> magister,<sup>21</sup> optime rem suam intelligit. Quo enim flagellum carnificis affligitur, ibi cutis<sup>22</sup> fatiscit.<sup>23</sup> Hominem flagris caesum alligari iubet ad arborem, ubi culices,<sup>24</sup> formicæ...<sup>24</sup>

— Horrendum! — exclamat Aurelius. — Liberemus illum miserum.

— Dii meliora!<sup>25</sup> Nihil<sup>26</sup> nobis<sup>26</sup> ad rem.

— Igitur ex eo quaeram, quid peccaverit. Ita locutus de iugo descendebat. Quintus invitus amicum secutus est. Nemus illud densa saepe<sup>27</sup> seclusum<sup>28</sup> erat. Aurelius iuvenem ad palum<sup>29</sup> deligatum conspexit. Ter-

<sup>1</sup> megkorbácsolt <sup>2</sup> hegyoldal <sup>3</sup> nyit, tör <sup>4</sup> pogyyász <sup>5</sup> előrohan <sup>6</sup> fogadott <sup>7</sup> gyeplö <sup>8</sup> gerinc <sup>9</sup> elér <sup>10</sup> mosolyog <sup>11</sup> árboc <sup>12</sup> füstölgő <sup>13</sup> emelkedik <sup>14</sup> rés, nyilás <sup>15</sup> lomb <sup>16</sup> liget <sup>17</sup> eh!... <sup>18</sup> mi közünk hozzá?! <sup>19</sup> újra <sup>20</sup> udvarmester <sup>21</sup> bőr <sup>22</sup> hasad <sup>23</sup> szúnyog <sup>24</sup> hangya <sup>25</sup> ments Isten! <sup>26</sup> semmi közünk <sup>27</sup> kerítés <sup>28</sup> elválaszt <sup>29</sup> cövek

gum eius tuberibus<sup>30</sup> completum, scarabaeis<sup>31</sup> ac formicis differtum<sup>32</sup> erat.

— Tu miser — clamat Aurelius, — quid fecisti, quod ita puniris?

— Officium meum exsecutus sum.<sup>33</sup>

Aurelius propius aggreditur, ut vincula resolvat.

— Noli me attingere<sup>34</sup> — ait servus; — vae mihi, si quis te hic conspexerit!

Quintus fortē servi animum admirans interrogat:

— Homo! Stoicusne es, an semideus?<sup>35</sup>  
Quis te docuit dolores ita contemnere? Quis deus animo tibi tantas vires inseruit?<sup>36</sup>

— Deus unus et verus — inquit servus, — Deus optimus, qui amat miseros et pauperes.

E longinquo strepitus graduum<sup>37</sup> auditur.

— Relinque me! — implorat servus. — Monitor<sup>38</sup> appropinquat.

Quintus et Aurelius taciti discedunt.

### III. Patronus<sup>39</sup> nobilis.

Interea Octavia a T. Claudio Muciano litteras accepit. Pontifex scripserat ei, ut Romam redirent.

Dies profectionis advenit. Multo<sup>40</sup> mane<sup>40</sup> vix dilucescere cooperat, cum iam Lucilia laborabat, ut omnia praeparentur. Servi lecticis expeditis<sup>41</sup> in tergis mulorum impedimenta imponebant. Hoc strepitu Quintus experrectus surrexit et exiit in cavaedium,<sup>42</sup> ubi Lucilia servos urgebat, ut festinarent.

Quintus paenula<sup>43</sup> involutus<sup>44</sup> per hortum ad montem ibat. Suavem aërem matutinum laetus imbibebat.<sup>45</sup> Quamquam Bais et animus et corpus eius confirmata erant, tamen Romanum redire cupiebat. Lente clivum ascendit; dein constitit, ut ad mare despiceret. Tum in semita,<sup>46</sup> quae ad villas ferebat, mulierem conspexit, quae domo Domitiae, uxoris imperatoris egressa caute pessulum<sup>47</sup> retrusit.<sup>48</sup>

Euterpe erat, serva tibicina<sup>49</sup>, quae in villa Octaviae tibiis canere solebat. Lacrimae ex oculis eius labebantur.

— Salve — ait Quintus.

— Tune es, domine? — inquit Euterpe risu coacto.<sup>50</sup> — Tam sero Cumis reverteris?

— Non Cumis, optima Euterpe, sed domo venio. At tu, quid est, quod hoc tempore in domo Domitiae fueris?

— Miserum visi amicum, qui summum dolorem patitur. Tetra sunt eius vulnera. At quid ego loquor? quid enim Quintus Claudius servum curat?

— Erras — ait Quintus; — num cor mihi ferreum est? Multi quidem sunt inter servos nebulones,<sup>51</sup> at sunt etiam probi ac benevoli.

— Atque Eurymachus est probus ac benevolus. Et tamen Stephanus eum propter unum verbum cruciari atque post meridiem ad palum diligari iussit. Formicae, scarabaei in tergo pullarunt.<sup>52</sup>

— Ohe!<sup>53</sup> — ait Quintus. — Ego vidi tuum Eurymachum. Pallidus barbatusque vultus... maxime tranquillus... contemptis dolores... ad palum diligatus...

— Tune eum vidisti? — clamat Euterpe. — Is fuit, certe is fuit! Nunc maxime defessus in cubili<sup>54</sup> iacet; tergum abundat vulneribus... neque tamen ulla ex labris<sup>55</sup> querela<sup>56</sup> auditur.

— En<sup>57</sup> — inquit adolescens, — accipe nūmūm aureum. Fove hominem patientem. Quodsi convaluerit, scribe ad me; iam vi dero, quid eius<sup>58</sup> causā<sup>58</sup> facere possim.

— O domine, tu bonus ac benignus es. Mense proximo cum Diphilo, meo coniuge Romanum migrabo. Is est faber<sup>59</sup> tignarius.<sup>59</sup>

— Res est composita<sup>60</sup> — ait Quintus. — Me Romae visitabis. At nunc vale.

Tibicina iter perrexit, adolescens solis orientis oblitus domum rediit.

Post ientaculum alii lecticis, pars equis iter ad portum tenebant. Mox ancorā<sup>61</sup> sublatā navis lente ex portu exhibat. Quintus, Claudia, Lucilia cancellis nixi Baias aspectabant. Octavia et Aurelius sub velo sedentes de Roma colloquebantur. Amoenissimae Baiarum regiones, domus, villae, delubra paulatim in nebulis evanescabant.<sup>62</sup>

(Ad numerum proximum.)

<sup>30</sup> daganat <sup>31</sup> rovar <sup>32</sup> ellepett <sup>33</sup> megtesz <sup>34</sup> hozzányúl <sup>35</sup> félisten <sup>36</sup> olt <sup>37</sup> lépés <sup>38</sup> felügyelő <sup>39</sup> pártfogó <sup>40</sup> korán reggel <sup>41</sup> előkészít <sup>42</sup> udvar <sup>43</sup> köpeny <sup>44</sup> beburkolózva <sup>45</sup> beszív <sup>46</sup> ösvény <sup>47</sup> retesz <sup>48</sup> visszatól <sup>49</sup> fuvolásnő <sup>50</sup> erőltetett <sup>51</sup> gázember <sup>52</sup> nyüzsög <sup>53</sup> megállj! <sup>54</sup> fekvőhely <sup>55</sup> ajak <sup>56</sup> panaszszó <sup>57</sup> nesze <sup>58</sup> érette <sup>59</sup> ácsmester <sup>60</sup> rendben van <sup>61</sup> horgony <sup>62</sup> eltünedezik.



## Gabriel princeps Transsylvaniae.



Abhinc trecentos annos obiit mortem *Gabriel princeps Transsylvaniae*, qui non modo bellis feliciter confectis Transylvanianis a hostibus tutam<sup>1</sup> praestit,<sup>1</sup> sed per viros quoque doctos, quos undique conquisiverat, etiam scientiarum propugnaculis<sup>2</sup> regnum suum firmavit. Dies anniversarius priore mense cum ingenti pompa Budapestini celebratus est.

Fundamentum culturae atque humanitatis, cuius possessione hodiernis quoque temporibus Hungari, qui ibi vivunt, ceteris vicinis populis recte antecellunt, ipse princeps iecit. Collegia ab ipso fundata per trecentos annos ut phari<sup>3</sup> scientiarum et culturae radios lucis<sup>4</sup> ubique terrarum effuderunt,<sup>4</sup> quoad pace illā «Trianonensi» in potestatem praedatorum inciderunt.

Dictum eius celeberrimum: «Si Deus nobiscum, quis contra nos?», nostris quoque temporibus aptissimum est. Nam Deo adiuvante omnia perpetrari<sup>5</sup> possunt.

<sup>1</sup> biztosít <sup>2</sup> véd bástyáival <sup>3</sup> világítótorony <sup>4</sup> kisugároz <sup>5</sup> végrehajt, létrehoz.



## Urbanus.

— Ego semper et ubique urbanus sum. Si feminae cuidam in curru<sup>1</sup> vi<sup>1</sup> electrica<sup>1</sup> acto<sup>1</sup> deest forte locus, ubi sedeat, ego surgo et sellam ei offero. Quaero, quis me urbanior nostris temporibus inveniri possit?

— Et quidem invenitur. Meus enim ami-

cus, cum de sella sua surgit, sedem feminis relinquit — duabus!

## Colonus avarus.

*Colonus*: Ubi est canis meus Petre?

*Pastor*: Perii. Prae nimia siti.

*Colonus*: Quid tu dicas? Prae nimia siti?

*Pastor*: Ita. Nihil enim miser habuit, ad quod biberet.

## Hereditas.

— A quonam hanc pretiosam gemmam accepisti, domine medice?

— A primo aegroto, qui vitam mihi comisit?

— Ergo, ni fallor, accepisti gemmam — ex hereditate?

## Studiosi inter se.

— Qualis fuit cena, ad quam nuper invitatus eras?

— Magnifica! Coctum est viginti convivis et apparuerunt — quinque!

## Anxius.

*Iudec* (ad reum, indignabundus): Tu, postquam accusatori colaphos<sup>3</sup> incussisti,<sup>3</sup> etiam acerrimis verbis ei maledixisti. Cur hoc fecisti?

*Reus*: Timui enim, ne colaphis surdus<sup>4</sup> factus esset!

## Error.

— Eheu, domine Kovács, vix te agnosco! Valde commutatus mihi videris, ex quo barbam posuisti.

— Ignosce mihi, domine, ego minime vocor Kovács!

— Quid? Etiam nomen commutasti, ex quo te novissime<sup>5</sup> videram?

## Post tres menses.

— Nonne minus prospera valetudine ute-  
ris, domine Bányai? Pallidus es, aegrotare  
mihi videris...

— Non mirum. Post tres menses hodie  
primum sub<sup>6</sup> divo<sup>6</sup> moror...<sup>6</sup>

— Per deos immortales, quid fecisti?

— Ego? Ne minimum quidem mali. Sed  
iudec hoc mihi credere noluit!

*Felicianus Gondán dr.*

<sup>1</sup> villamos <sup>2</sup> rábítza <sup>3</sup> arcul üt <sup>4</sup> süket <sup>5</sup> utoljára  
<sup>6</sup> a szabadban tartózkodom.

## Solutiones aenigmatum Numeri III.

I. Series libratae: 1. Alfius; 2. Atlas; 3. ter; 4. rogus; 5. ala; 6. ovans; 7. Rudiae; 13. Epidius; 14. togatus; 15. anser; 16. Arria; 17. palus; 18. siser; 19. ara; 20. Ops; 25. Ennius; 27. Ulpius; 28. Remus; 30. Utica; 31. sagum; 34. aaa; 35. Noa. — Series directae: 3. Terra; 8. Plotae; 9. Livius; 10. regio; 11. Titan; 12. ensis; 13. est; 15. asa; 17. pes; 19. abiegn; 21. soror; 22. Pales; 23. Aristus; 24. Rea; 26. sur (rus); 29. sus; 32. Andes; 33. caupo; 34. Arion; 36. Subura; 37. oculus; 38. Ahala. —

II. 1. Molo; 2. Olympias; 3. Neptunus; 4. Utica; 5. Misenus; 6. Epicurus; 7. Neocles; 8. Tamesis; 9. Umbri; 10. Mithridates; 11. Antonius; 12. Nero; 13. Cornelius; 14. Y; 15. Romulus; 16. Aventinus; 17. Nestor; 18. Urania; 19. Methymna. — Nomen inscriptionum ex litteris initialibus: Monumentum Ancyranum.

Aenigmata numeri III. rite dissolvuntur: Budapestinenses: Classis VI. B. gymnasialis, nominati de Stephano Verböczi; Lad. Weisz, Camilla Takáts, El. Meggyery. — Veszprémenses: Fr. Szabó, Io. Leiker, Laura Hardy, Andr. Világly, Alex. Lauschek, St. Frühbauer, Fr. Szelmayer, Mich. Pfeifer, Io. Taál, Lad. Tóth, Lad. Szantner, Nic. Kerper, Mich. Petrák, Jos. Osvald, Hel. Szakáts, Lad. Mikovich, Fr. Csehi, St. Bilusyák. — Sopianenses: Norb. Karg, Iul. Vattamány, Lad. Pichler, Rud. Orbán, Ios. Keresztyúry, Ios. Csáki, Th. Mallyasovszky-Zsolnay. — Praemium Stephano Frühbauer (Veszprémensis) sorte obtigit. — Ex sociis, qui aenigmata huius numeri dissolverint, unus, sortitus gratis accipiet Gabrielis Boros opus, cui titulus: Háromszáz Ezopus mese.




## I.

- 7, 8, 31, 33, 34 = oppidum a Graecis decem annis oppugnatum.  
6, 5, 4 = cogito, ergo...  
3, 2, 17, 18, 19, 28, 38, 34, 26, 11, 34, 39 = imperator scriptorique Romanus.  
35, 36, 8, 25, 34 = milites ignavi vertere solent.  
43, 42, 28 = animal parvulum.  
1, 2, 20, 19, 11 = ignem antecedit.  
23, 24, 22, 21, 8, 34, 43, 24, 34 = locus natalis Taciti.  
43, 3, 17, 10, 11, 25, 30, 31, 32, 33, 40, 28, 42, 6 = fabula Plauti.  
4, 9, 10, 27, 23, 34 = defendant arcem et urbem.  
12, 13, 29, 34 = In vitium ducit culpae..., si caret arte.

1—43: = versus notissimus in Aeneide.

Paulus Farkas.

II. Hae quattuordecim litterae ordine lectae nomen poetae Romani Epicureae doctrinae sectatoris reddunt.



\* notat litteram, qua initium faciendum est.

\*

III. Hae syllabae singulis litteris postpositis ita ordinentur, ut ultimus litteris nomen rerum scriptoris Romani efficiatur: la-, di-, cu-, to-, iv, corn-, ci-.



Helena Sz.: Solutiones aenigmatum tarde traditae sunt. — «Surripe aures»: Opusculum tuum grato animo accepi. Non dabitur «flammis», — ut scribis — sed curabo, ut etiam alii, maiores minoresque quo prius eo delectentur. — Fr. Csehi: Si meliora miseris, publicabuntur. — M. Petrák et Jos. Albrecht: Non dubito, quin vos meliora sitis missuri. «Avus et nobilis», itemque «Cingarus et ventus» communicari non possunt. Facetis egent. — L. Kesztyüs: Aenigmata, quae misisti, facillima sunt, «Salse dicta» autem parent sale. Meliora mitte. — P. Farkas: Aenigmata gratissime accepi. Prodibunt. — Fr. Szabó: Ex aenigmatibus tuis aliquot publicabuntur, itemque «Castrum Léta», mutatis mutandis. — Numerum Iuventutis, quem petivisti, spero fore, ut iam acceperis. — De reliquis litteris alia occasione nuntios mittam.



Moderator ephemeralis: EUGENIUS FRAY DR.

Budapest, I., Verpeléti-út 22,  
ad quem epistulae et manuscripta mittantur.

Administratio ibidem.

Sumptibus Societatis Magistrorum Intermedi-scholarium Catholicorum. — A Katholikus Középiskolai Tanáregyesület költségén.

(Praeses: STEPHANUS ACSAY DR., elnök.)